



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXVI. De Actu perfecto & implero Multa su[n]t perfecta, qvæ non
dicuntur completa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

diff. 15. sect. 8. num. 16. (Declara hanc regulam i. quod ea tantum sit accipienda de statuto ejus loci, ubi actus celebratur. vid. l. 6. de Evid. & plures apud Carpz. 5. cons. tit. 9. Resp. 96. n. 8. & 3. cons. tit. 1. Respons. 13. num. 10.) 2. quando lex seu statutum prohibet actus substantiam, quia secus esset, si in aliquo actu solum qualitatem prohiberet, cum tunc actus contra legem factus non esset nullus, sed validus. Soar. d. c. 25. an. 10. Salas d. sect. 8. n. 19. in fin. & n. 20.

LII.

ACTUS perfectio consistit in conclusionem: l. contractus 17. C. de fide instrum. l. si voluntate 8. ubi Bald. C. de rescind. vendit. Surd. consil. 282. n. 17.

LIII.

ACTUS omnis consistit in voluntate & potentia agentis. Socin. reg. 30. vers. 3. Cov. in cap. cum esses 10. num. 7. de testament. & var. lib. 3. cap. 6. n. 9. Menoch. consil. 1. num. 259. & de presunt. lib. 1. pres. 80. num. 11.

LIV.

ACTUS in dubio videtur factus nomine proprio, non alieno. l. & magis 4. ff. de solut. l. Papinianus. 28. ff. mandati l. si ita stipulatus fuero. 126. §. Chrysogonus. 2. ff. de verbor. obligat. l. pro hered. 20. ff. de acquir. hered. l. si pater. l. 9. de probat. & pres. Tiraq. de retractu lig. §. 10. gloss. 1. num. 3. Gutier. de tutel. p. 1. c. 1. num. 22. & p. 2. c. 10. n. 1. (Quod tanto magis presumitur, quanto quis agit bona sua obligat. Soc. Sen. 3. consil. 100. col. 2. vers. 2. Bald. 5. consil. 333. Men. 1. consil. 58. num. 54. & seq. l. Et si 9. C. de pred. & aliis reb. min.)

Fallit hæc regula in Tutore & Curatore faciente id, quod nomine alieno obligatus est agere. Et ideo licet quid faciat nomine suo presumitur, tamen & censetur facere nomine pupilli. l. 46. §. 2. de administr. tut. Bart. in l. Titium 47. §. altero 6. num. 2. ff. de cod. tit. Surd. 1. consil. 9. num. 4. Mascard. de prob. vol. 1. concl. 38. num. 213. Unde tutor non solum presumitur solvisse de pecunia pupilli. Mascard. concl. 139. num. 6. Cravett. 1. consil. 129. num. 3. maxime quando non erat adeo dives, ut possit presumi eam pecuniam, quam solvit, habuisse. Cravett. d. loc. Sed & continuans mercantiam vel negotia patris censetur nomine pupilli continuare. Gut. de Tut. & Cur. p. 2. c. 10.

num. 9. Masc. d. l. num. 14. v. Berlich. decis. 14. & 15.

LV.

ACTUS quando ex duplici capite fieri potest, ex utiliori & firmiori factus censetur. l. 3. ff. de testam. militis. l. cum pater 29. ff. de jure dot. Reinol. in observ. practis. observ. 8. n. 12.

De Actibus mere facultatis
v. infra Facultas.

CAP. XXVI.

De Actu perfecto & impleto. Multa sunt perfecta, quæ non dicuntur completa.

Sic stipul. verbis perficitur numeratione vel datione impletur. Emptio Venditio perficitur nudo conversa impletur numeratione pretii & mercis traditione. Matrimonium perficitur consensu, non impletur; implere enim nihil aliud est quam consummare concubitu. add. Cujac. l. 4. Resp. Scæv. in l. 8. de Rescind. vend. sæpe tamen in jure & hæc sumuntur promiscue, ut in l. 21. §. ult. ad municip. l. 17. C. de fid. instrum. l. 1. C. de vend. reb. civ. lib. 1. l. 9. §. sed quod prator. 3. Quod met. causa. l. 7. de Novat.

CAP. XXVII.

De Additamento & Adjectis.

Axioma I.

Addi nec minui quidquam potest ei, quod est pro forma introductum. l. fin. C. de suis. & leg. vide infra de Forma.

II.

Si dispositioni quid addatur contra rei naturam, in eo dispositio non valet. l. 1. §. 1. si usufruct. pet.

III.

ADDITAMENTUM non mutat naturam ejus, cui adjicitur, imò sequitur eandem naturam, & eandem actionem imitatur, alias esset destrueret, & non addere. (text. est in l. 26. §. 2. vers. nec separabitur pactio, de pact. dot. l. 8. C. de jur. dot. ubi vide omnino prolixè hæc tractantem Barbof.) Oldrad. consil. 131. n. 12. vers. & hoc clarior. Card. Tusch. pract. concl. tom. 1. lit. A. concl. 182. n. 1. ubi num. 3. post Roman. cons. 45. declarat, procedere si additamentum non auget, neque minuit actum primum, cui fit adjectio, quia censetur idem actus cum primo (Unde si inutile non vitiat cetera l. Non solent. 94. ff. de Regul. jur. & ibi Gothofr. in not. sed ipsum vitatur, textus elegans: in